


Georg Detharding

**M. Georgii. Detharding Commentatio De Galli. Cantv Hierosolymis Avdito Ad
Locvm Matth. XXVI. 34.**

Rostochii. Et. Wismariae: Apvd Jo. Andr. Bergervm. Et. Iac. Boednervm, MDCCLII.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003401864>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1752

Detharding, Georg. ~~Christ.~~

7.

בש"ש

M. GEORGII. DETHARDING

COMMENTATIO

DE

GALLI. CANTV

HIEROSOLYMIS

AVDITO

AD. LOCVM. MATTH. XXVI. 34.



ROSTOCHII. ET. WISMARIAE

APVD. JO. ANDR. BERGERVM. ET. IAC. BOEDNERVM.

clō lō cclii.

ms

ogt. 8/ 1752

M. GEORGI BETHARDING

COMMENTATIO

GALL. CANTV

HIEROSOLYMIS

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

AD. LOCVM. MATTH. XXVI. 34. EVANG.



AD. VLTIMVM

ROSTOCHII ET WISMARIAE

AVD. JO. ANDR. BERGERI ET IAC. ROEDERMANI

1742

V I R O
ILLVSTRI . EXCELLENTISSIMO
EXPERIENTISSIMO
ATQVE
DOCTISSIMO . DOMINO
DOMINO
GEORGIO . CHRISTOPH.
DETHARDING
PHILOSOPHIAE . ET . MEDICINAE . DOCTORI
ANATOMIAE . PROFESSORI . DVCALI
PVBLICO . ORDINARIO
FACVLTATIS . MEDICAE
VT . ET
COLLEGII . PROFESSORVM . DVCALIVM
SENIORI
SERENISSIMI . DVCIS . REGNANTIS . MEGAPOLITAN
CONSILIARIO . AVLICO
NEC . NON
PHYSICO . PROVINCIALI
PARENTI . SVO . OPTIMO
OMNI . PIETATIS . ET . AMORIS . CVLTV
AD . VLTIMVM . VSQVE . VITAE . HALITVM
PROSEQVENDO .

NEC NON
VIRO
EXCELLENTISSIMO . CONSVLTISSIMO
AMPLISSIMO
ATQVE
DOCTISSIMO . DOMINO
DOMINO
GEORGIO . GVILIELMO
DETHARDING
IVRIS . VTRIVSQVE . DOCTORI
CELEBERRIMO
REI . PVBLICAE . LVBECENSIS
SENATORI . OPTIME . MERITO
PATRONO . FAVTORI
PATRVO . SVO
NVMQVAM . NON . DEVENERANDO

MEMOITA AEQVE . AC
VIRO
EXCELLENTISSIMO . CONSVLTISSIMO
AMPLISSIMO
ET
DOCTISSIMO . DOMINO
DOMINO
GEORGIO . AVGVSTO
DETHARDING
PHILOSOPHIAE . ET . IVRIYM . DOCTORI
CELEBERRIMO
REVERENDISSIMI . CAPITVLLI . CATHEDRALIS
QVOD . LVBECAE . FLORET
SYNDICO . SPECTABILISSIMO
SACRAE . REGIAE . MAIESTATIS
DANIAE . ET . NORVAGIAE
CANCELLARIAE . ADSESSORI . GRAVISSIMO
FAVTORI . PATRONO
ET
PATRVO . SVO
AD . VRNAS . VSQVE . COLENDO

AVCTOR

HANCCE . COMMENTATIONEM
GALLI . CANTV
IN . TESSERAM . ANIMI
OB . TOT . TANTAQVE . BENEFICIA
IN . SE
CVMVLATA
DEVINCTISSIMI . DEDITISSIMI
SVBIECTISSIMI
CVM . VOTO . OMNIGENAE . FELICITATIS
ET . PROSPERITATIS
DICAT . DEDICAT . CONSECRAT

AVCTOR.



LECTORI

S.



NON DUBITO, fore plerosque, L. B. qui autument, me post HOMERVM iliada scribere velle, commentationis meae quum perlegent rubrum. existant enim plurima scripta de gallo, cantu suo temporibus patientis CHRISTI et peccantis PETRI notabili. ecquae noua poterunt huic materiae addi? nonne de charta in papyrum scribendum et centies dicta de nouo dicenda erunt? factum ipsum, gallum scilicet gallinaceum eo quidem tempore cantasse, nemo temere negabit; negantes vero, vel aliam

sub-

A 2

substituentes personam, dudum et ipsi refutati sunt. re-
 peries ergo, qui dicant, nihil quod addatur restare. at
 restabit tamen instituendum aliquod spicilegium, resta-
 bunt et obseruationes quaedam rebus notioribus passim
 admiscendae. ne itaque mireris, L. B. TIBI TVOQUE
 scrutinio exhiberi materiam, quae exhausta videtur. vi-
 detur, non est. non tantum galli praesentiam in palatio
 CAIPHAЕ summi pontificis vel in eius vicinia probabo;
 non contra ea vigilem nocturnum mihi fingam, quem
 galli loco ponam; mihi propositum imprimis est, osten-
 dere abusum antiquitatum hebraicarum ad electum locum
 MATTH. XXVI. 34. potiori ex parte commissum. liceat
 vero de vtilitate quoque, quem praesens tractatio nostris
 praesertim temporibus praestat, quaedam praefari. in
 turbulento, vt ita dicere fas sit, religionis statu, quem ve-
 ritatis euangelicae hostes effecerunt, deque die in diem au-
 gent, fundamentum mei quaeratur argumenti, quo
 vtilitatem hanc probatum eo. ATHEI PANTHEISTAE
 DEISTAE PYRRHONII aliique euangelii hostes aeuo
 nostro summum adtigerunt culmen adrogantiae et in de-
 fendendis suis erroribus temeritatis, suaque ex mente fe-
 licitatis quoque, quasi ab euangelii iugo, cui huc vsque
 subiectos se crediderunt, liberati sint durissimo. fidem
 hi historicam sacris BIBLIIS ex parte denegant, imprimis
 vero historiam euangelicam vitiis historicis plenam esse,
 et falsitatis notam incurrere dicunt, dictaque probare et
 ex

ex exemplorum inductione corroborare videntur ; videntur, inquam, sed, quae summi NVMINIS prouidentia est, nullo studio, nulla arte et ratione vnumquam id efficient, interim tamen res grauissima grauissimo exposita est periculo, et quantum istiusmodi scripta ecclesiae, quae nostra audit, intulerint damnum, est in aprico. probabilitatis quum prae se ferant speciem multos seduxerunt animos leues, nec veritatis euangelicae sufficienter imbutos notitia. opera ergo nauanda omnis ad eos conuellendos, et, quantum fieri potest, conuincendos. Quem fugit, aduersariorum haud paucos speciales historiae euangelicae narrationes sub examen vocasse, et vt suspectas, DEO que indignas reiecisse. veritatem ipsam euangelicam non adgnoscentes, scriptoribus sacris SPIRITVS. SANCTI admanuensibus fidem historicam denegant eosque reddunt suspectos. quo id facilius peragant ; facta dicunt ab iis enarrari, quae nullo modo, nulla ratione cum istis temporibus conciliari queant. his frigidam suffundere videntur, qui vocem ἀλέκτωρ nostro loco obuiam non de gallo explicant. quum ergo hisce interpretibus obuiam eo, simul istorum tela, quibus nos laedere valent, profligantur. non iam dici potest, factum referri, quod vi legis IYDAEIS latae numquam fieri potuit. gallus cantu suo PETRVM peccati quomodo reddiderit memorem, quum nullus ali debuerit, ne profanaretur sanctuarium. HE-

BRAEOS ipsos sua natura gallos abominatos esse, exinde probant, quia nullum gallum exprimens nomen in lingua inueniatur hebraea. fauet ipsis quodammodo dissensus PHILOLOGORVM. CHRISTIANORVM. hisce obiectionibus obuiam ibit praesens tractatio, quae tres continebit sectiones.

SECTIONO. PRIMA. ISAGOGICA ad binas quaeftiones respondebit :

a) num SCRIPTURAE V. T. *fleant nomen galli?*

β) num veteres HEBRAEI alieni fuerint ab alendo gallos?

SECTIONO. SECUNDA. HISTORICO. DIDACTICA ostendet HIERSOLYMIS gallos eo tempore adfuisse.

SECTIONO. TERTIA. ELENCHTICA erit, aduertens in eos, qui ad alias abeunt opiniones.

faxit DEVS feliciter!





DE
GALLI. CANTV
HIEROSOLYMIS. AVDITO

AD

MATTH. XXVI. 34.

SECTIO. PRIMA.

duplicem praemittens quaestionem

QVAESTIO. I.

NVM. SCRIPTVRAE. V. T. fileant nomen galli?



S. I.

EXORDIOR iam materiam speciminis academici loco electam. ordo me iubet, vt primo loco in silentium **SCRIPTVRAE. V. T.** inquiram, quod de gallo gallinaceo obseruamus. notum est, interpretum aliquos multis in locis gallum credere, in quibus tamen frustra quaeritur, tam analogia S. S. quam philologia sana et contextu repugnantibus. id in antecessum probabo et, nullum extare locum, qui vocem contineat gallum experimentem, certum reddam. videtur quidem hoc causae, quam defendo contrariari.

VIII SECTIO. PRIMA QVAESTIO. PRIMA

ari; non tamen actu contrariatur, quum ex aliis rationibus galli praetentiam temporibus CHRISTI probatum ibo. suffunder mihi haecce disquisitio occasionem loca quaedam S. S. V. T. nota, ut spero, illustrandi luce, quae de gallis interpretari IV. DAEOS aliquos constat, quum de aliis animalium generibus potius sint adcienda. certissimum erit, nullum in S. S. V. T. reperiri nomen, gallum quod exprimat gallinaceum. lubens ego hic daturus et concessurus non tantum haec omnia, immo et ita in rem inquisiturus sum, ut concessa firmo stent ralo, quum certus sim, me propterea causa, quae agatur primaria, cadere non debere.

§. II.

ADMIRATIONEM iniicere potest ignaris, quibus ratio non ianotuit, quod in integro codice hebraeo, ne verbum quidem de gallo gallinaceo occurrat, quum animal purum sit, nec comestione interdictum. paraphrasten chaldaicum saepenumero sequuntur, qui multa V. T. loca de gallo exponunt. adducuntur quidem talia, quae sua ex mente id probent, omnia tamen de alio animali potius sunt exponenda. primus, qui producit locus est oraculum IOBI. CAP. XXXVIII. comm. XXXVI. *מי יתן כמחמת חכמה או מי נתן לשכוי בינה? quis posuit in praecordiis sapientiam? aut quis dedit לשכוי intelligentiam?* vocem: שכוי explicatu difficillimam esse, testantur omnes fere expositiones, quarum ne vna quidem cum altera conuenit. a scopo alienum foret, hanc vocem hoc loco si ex instituto illustrem. vnum saltem et alterum monebo. radix שכח esse debet. ex חח quiesc. ortum esse טו ח, per se patet. quid vero radix שכח significet, adhuc lis est apud interpretes, in codice hebraeo, quum non occurrat. verba חח לא non ex verbis חח לא orta esse, sed ex verbis tertiae radicalis חח vel חח descendere, multis doctis viris celeberrimis IO. DAV. MICHAELIS, professor philosophiae goettingensis publicus ordinarius famigeratissimus, fautor, patronus atque praeceptor meus omni honoris cultu prosequendus a). nomina quo-

a) vide EIVS hebraeische grammatick, quae HALAE prodit c161CCXLV. 8uo. pag. 168.

NVM. SCRIPT. V. T. SILEANT. NOMEN. GALLI? VIII

quoque ex istiusmodi verbis orta id restantur. adduxit *vir celeberrimus* e. gr. עני *adfectio*, et ענו *miser, mansuetus, humilis* ab ענה *respondit, humiliavit, affectus fuit*; שלו *tranquillus* ex שלה *tranquillus fuit, quieuit*, quibus addo: רכי *fluctus siue fragor* ex רכה *adtrivit*; רלי *stula*, qua aqua hauritur ex puteo, ab רלה *elevavit, hausit, reliqua*. apud ARABES et hodie radicem سخي *habemus similitudinem ferre denotantem*. ALBERTVS

SCHVLTENS *theologus LVGDVNENSIS*, vir de lingua hebraea optime meritus, phaenomenon vertit hanc vocem hunc in modum: *quis posuit in iactibus vagis sapientiam? aut quis dedit phaenomeno distinctam intelligentiam?* b). verba eius adduci operae pretium erit. „pro figura, inquit, adparente et externa vsurpatur cognatum שכורא IES. II. 16. *spectacula vel spectabiles figurae*. eius „singulare statuendum שכורא contractum pro שכורא quod „cum nostro שכוי proximam habet cognationem. משכורא „similiter figuram spectabilem denotat PRO V. XXV. 11. LEV. „XXVI. 1. NVM. XXXIII. 52. EZECH. VIII. 12. „nimis sane adcuratum egit interpretem vir celeberrimus a proprio verborum sensu nunquam recedentem. verum est, verbum שכא siue שכוי significat *similitudinem retulit obscuram*. inde phaenomenon dici, quisque videt. CHALDAEIS audit: *aspexit, prospexit, perspexit* ad hunc sensum quid quoque faciens num vero phaenomeni notio huic praecipue loco conueniat, alii diiudicabunt. phaenomenon vt subiectum considerandum esset intelligentiae capax, quod tamen nullus dicet.

§. III.

OMNIBVS hisce difficultatibus superfedere possumus, quibus haecce expositio circumscripta videtur; non tamen cum PARAPHRASTE. CHALDAEO per gallum interpretandum syluestrem. vertit enim: מן דור לתרגומא ברא כינתא למקלסא למרא *quis gallo syluestri dedit intelligentiam, vt laudaret domi-*

b) conf. EIVS commentarius in librum IOBI ad h. l.

dominum suum ? placuit et SAVBERTO c) haecce interpretatio, ut docet KROMAYERVS d). celeberrimus vero GUSSETIVS e) hanc deserit explicationem illamque praefert, qua per *mentem* exponitur, credit tamen, nec hanc rem conficere omnem. ipsum audiuisse forsan haud graue erit : „qui *mentem* exponunt, inquit, „magis certe sapiunt, quam gallum gallinaceum etc. sed nec „scopum adtingere illi - - - nondum enim oratio deuenit ad res „animatas, sed adhuc in meteoris versatur, de quibus in antecessentibus et consequentibus agitur. igitur nubes eas nominatim, quae fulgura et pluuia fundunt, nuncupat : שְׂבוּי ob externam earum faciem, quasi quae figura mera sint, et nil nisi „*Φανόμενα*.“ huic lubentissime adfentirer, nisi primum huius versus hemistichium obstaret.

§. IV.

CARMINA hebraica, ut peritis notum est, binis membris constare solent, quorum vnum alterum explicat. summae quoque elegantiae signum est, vnum idemque binis membris quum dicitur, quorum voces vero sibi optime respondeant. analogia membrorum id vocari potest. quae obseruatio, quem vsus adferat in interpretandis libris carminice conscriptis, per se patet. en praesentem IOBI locum ita positum :

מִי שָׂרָה בְּמַחֲלוֹת חֵכְמָה
אִי מִיָּתֵן לְשִׂבּוּי בִּינָה:

quis posuit in praecordiis sapientiam?

aut quis dedit menti intelligentiam?

quod in altero membro שְׂבוּי audit, in altero dicitur מַחֲלוֹת. nonne מִי שָׂרָה responderet מִיָּתֵן? et בִּינָה מִיָּתֵן חֵכְמָה? quidni et שְׂבוּי cum מַחֲלוֹת conueniat quoad sensum, nullam video rationem. quum igitur de significatione מַחֲלוֹת certi simus,

c) opp. posthum. p. 18.

d) de vsu ling. arab. p. 206.

e) comment. L. H. ad vocem

שְׂבוּי.

simus, facilis erit expositio vocis **רְכִישׁ**. illud vero descendit a radice **רָכַשׁ**, quod *inducere, obducere, linere, oblinere, incrustare* significat: inde **רְכִישׁ** *praecordia* seu *renes* (sunt verba *cel. STOCKII f)* dicti, quod adipe velut tectorio quodam obducti sunt. tantum exstat PSALM. LI. 8. et (nostro loco) IOB. XXXVIII. 36. ubi SEB. SCHMIDIVS intelligit partes obductas, quasi sepe aut parietibus, viscera scilicet, in quibus posita dicitur sapientia ob cor, quod inter viscera praecipuum est. huc vsque STO-CKIVS. **רְכִישׁ** vero ex analogia membrorum eundem admittere debet significatum. nonne optime agemus, si hanc vocem de mente aut corde interpretamur? huc et **רְכִישׁ** siue melius **רְכִישׁ** facit. significat enim ARABIBVS *similitudinem retulit obscuram*. mihi potius chaldaica placet significatio, quibus significat *adspexit, prospexit, perspexit, imaginatus est, cogitavit*. nescio quibus rationibus motus sit CAMPEIVS. VITRINGA g), vt ex graeco idiomate hanc vocem illustrari credat. putat enim a GRAECORVM *σκευαλω* vel *σκευω* descendere vocem **רְכִישׁ** et id *industria aliquid fabricare* verti debere censet. quae quaeso! hac ratione non elici possunt, si ita procedere liceret. sonus sine dubio graecae voci respondens ipsum seduxit. sunt tamen plures quoque, qui eadem ratione hac in re procedunt, quum ipsos propria vocis significatio fugiat. a cogitando potius **רְכִישׁ** dicitur, mens seu intellectus obiecta perspicuens et cognoscens. aduertarios quidem e IVDAEIS habeo R. SCHELOMONEM et CHALDAEVM per **רְכִישׁ** *gallum* qui intelligunt; consentientes vero binos R. LEVI. BEN. GERSON et R. ABEN. ESDRAM, mecum iidem facit KROMAYERVS h), qui et BOCHARTVM i) adlegat, et sequentia ipsius verba sua facit: hebraice sic habet locus (IOB. XXXVIII. 36.) quis posuit **רְכִישׁ** in renibus sapientiam aut dedit **רְכִישׁ** cordi intelligentiam? in scriptura scilicet passim iunguntur cor et renes, vt cogitationum propria sedes ex hebraeorum mente. sed quum renes vulgo **כליות** et cor

B 2

לב

f) adi EIVS clauem linguae sanctae V. T. ad vocem **רְכִישׁ**.

g) in aureo eius commentario ad ES. II. 16.

h) l. c. pag. 207.

i) hieroz. PART. II. LIBR. I. CAP. XVI. p. 114.

לך adpellatur. vtrique hic inditur nomen aliud, idque magis poëticum et renes quidem שׁוֹרָה dicuntur, hic et PS. LI. 8. a verbo שׁוֹר, quod illinere est et obducere; quia renes sunt adipe illiti et obducti, vt iam alibi probatum fuit. cor vero שׁוֹרָה a verbo שׁוֹרָה, quod cogitare et imaginari significat. quae quum clara et aperta sint, et ab HEBRÆORVM doctissimis KIMCHIO puta et ABEN. ESRA et R. LEVI disertis verbis confirmata; libuit tamen aliis sic interpretari IOBI verba, quae dixi, *quis posuit in renibus sapientiam, aut dedit gallo intelligentiam?* quasi שׁוֹרָה ibi loci gallum significaret, cum hisce phrasibus: *similitudinem retulit obscuram conciliari potest.* inde phaenomena, spectacula, imagines dici possunt, quae vox שׁוֹרָה ES. II. 16. innuit. phaenomena mihi sunt, quae sensui obuia confuse percipiuntur, confusae ergo rei sunt repraesentationes. harum vero sedem, mentem quippe inde eodem nomine insigniri posse, est in apri. co. non itaque gallum sub nomine שׁוֹרָה nobis imaginemur; sed mentem humanam cum corde seu renibus et visceribus arctissime coniunctam intelligamus!

S. V.

NIL. AGAM de nomine יוֹב וְנִיִּים IOB. XXXIX. 13. quod a paraphraste chaldaeo per *gallum* explicatur. vertit enim hunc locum ita: גַּרְפָּה דְתִרְנַגְלָה דְמִשְׁכַּחַת וּמִקְלָסֵה *ala galli, qui laudat et celebrat.* alii enim contrariam partem sunt tuiti, vt BOCHARTVS *k*) et SCHVLTENS *l*). sunt etiam, qui vocabulum יוֹבֵי PROV. XXX. 31. *gallum* interpretantur, quod MEGALANDER noster B. LVTHERVUS vertit: *ein wind von starcken lenden.* diuersas huius oraculi explicationes qui legere cupit, adeat *celeb. 10. SIMONIS m*). significationes vocum: יוֹב quam *gallum*; יוֹבֵי אֲבוֹסֵי, quas *gallos saginatos*, et יוֹבֵי אֲבוֹסֵי quam itidem gallum interpretati sunt quidam, sicco transeo pede,

k) l. c. p. 115.

l) COMMENT. in librum IOBI ad CAP. XXXIX. 13.

m) in peculiari exercit. qua significatio trium vocum vexatissimarum ex intima ipsarum forma disquiritur. HALAE, MDCCXXXI.

de, quum alii de his iam egerint. inprimis vero *celeb.* IVRIEV. n) de voce **נר** optime commentatus est, cuius verba merentur, vt hic adducantur. sunt vero sequentes: „quant à la signification de **נר** elle me paroît fort aisée à trouver. **נר** ou **נר** dans la langue cananeene et chaldaïque signifie *un feu, un flambeau, une lampe.* **נר רשע** la lampe des mechans. **נר** vient ou de **נלל** ou de **נלל** le premier signifie *rouler*, et le second signifie *decouvrir, manifester*, et par consequent **נר** signifie *flambeau roulant, ou flambeau éclairant*, et il n'est pas mal aisé de diuiner, que c'est le *soleil*, qui est indiqué par ce nom, et qui étoit adoré par les peuples de **CVTH**, placet et mihi haec coniectura, quae cum etymologia huius vocis conuenit, quam obrem et ipsi summus quondam theologus D. IO. FRANC. BVD. DEVS ad sensum suum dedit o).

§. VI.

MIRVM est, vocem **שׁוּע** IOB. XXXVIII. 32. a paraphraste chaldaeo de gallinis explicari, quum potius de congregatione stellarum sermo sit. pro asterismo adcipit *vir summe reuerendus* D. IO. HERM. BECKER p), *vir eximiae eruditionis, cuius fauorem certissime mihi promitto. gaudeo, tandem loco huic interpretibus vexatissimo lucem adfulam esse, et nemo sane instructior, aptiorque fuit ad explorandum verum huius vocis sensum, ac hicce vir, qui in scientia astronomica nulli secundus est. concipit sibi hanc vocem a radice **שׁוּע**, qui semel in imperatio occurrit IOEL. IV. 11. et congregationem innuit. alii, vt BOCHARTVS q), quem sequitur HINCKELMANNVS r), ra-*

B 3

n) histoire des dogmes et des cultes PART. IV. CAP. VIII. p. 654.

o) historia ecclesiastica V. T. TOM. II. p. 659.

p) in peculiari dissertatione magifico senatui ALMAE GRYPHICAE dicata, quae inscribitur:

theoriae IOBEAE specimen ad loca IOBI. CAP. VIII. 9. et XXXVIII. 31. 32. LVBECAE clb5CCLII.

q) hieroz. TOM. II. LIB. I. CAP. XVI. p. 113. 114.

r) in praefatione ad CORANVM ab ipso editum, his verbis: IOB. VIII.

ein ieder knabe einen hahn, die weiber aber iede eine henne, dazu die weissen am besten sint, in ihre haende, eine schwangere frau aber fuer sich und ihr kind einen hahn und henne, beten aus dem PSALM. CVII. 10. sqq. vnd spricht hernach aus IOB. XXXIII. 23. 24. *so denn ein engel - - - denn ich habe eine versöhnung funden*, nemlich den hahn oder henne, so er in haenden hat, den schlaegt oder wehet er dreimahl uem den kopf, vnd spricht zu iedem schlag: *dieser hahn sey eine verwechslung fuer mich, der komme an meine statt, der sey die versöhnung fuer mich. diesem hahn soll der todt kommen, mir aber vnd dem ganzen ISRAEL ein glueckselig ende! amen!* darnach legt er ihm die haende auf, wenn er selbst ein כעל טורטור vnd des schaechtens erfahren ist; wonicht, so schickt er ihn zu einem schaechter, vnd lassen vnfre franckfurter iuden zu, das an demselben tage wegen der menge alle schaechter schaechten duerffen, vnd da sonst etwann nur deren drei oder vier alhier ordentlich der gemeine darinn dienen, so duerfen auch fremde, die schaechten koennen, alsdann schaechten, wie denn anno 1713. ich deren wohl 12. gezahlt habe, so hin und wieder auf der gasse stunden, vnd mit verwunderung sahe, wie wohl etliche 1000 hahnen vnd huener selbigen morgen geschaecht wurden, vnd zwar so, das er ihm die haut am halse erst zuzieht, als wolt er ihn strangulieren, dabei er bei sich denkt, er, der iude, sey des stricks wehrt; darnach schneider er ihm die kehle ab, sich erinnernd, er sey des schwerds wehrt; wirft ihn dann gleich zur erden, anzuzeigen er sey des steinigens wehrt; zuletzt wird er am feur gebraten, anzuzeigen er sey wehrt verbrannt zu werden. das eingeweide werfen sie weg, gemeinlich auf die daecher, das es die raben wegfuehren vnd also ihre suenden mitnehmen sollen; den gebratenen hahn verzehren sie, doch das sie den armen so viel gelt almosen geben, als ihre hahnen gekostet. warum man aber einen hahn nimmt, ist die hochwichtige ursache, weil *hebraeisch* צבר ein mann suendiget, so muess auch צבר die strafe der suenden leiden, denn צבר heisst in talmudischer sprache einen hahnen. „ ex hifce satis adparet, vocem צבר apud IV.

DAE

XVI. II. SECTIO. PRIMA. QVAESTIO. PRIMA. XVI

DAEOS gallum denotare. huc et facit significatio chaldaica קרא תרנגולא, quod semper קרא הגבר קרא numquam קרא תרנגולא audit. num vero idem significatus huic voci in oraculis sacris competat, alia quaestio erit. contrarium potius ex ipsis SCRIPTVRAE locis elucescit. e. gr. NVM. XXIV. 3. phrasin : כמ' דאמרין נאם גבר vertit glossa : dixit gallus, et addit : אמר קרא הגבר שדומה בלעם לתרנגול כמו שהיא נואף מכל כן בלעם וכמו שהתרנגול יודע העתים כן בלעם : quam ridicula vero haecce BILEAMI cum gallo comparatio sit, quisque videt. item CAP. XXXIII. 35. et DEVT. II. 8. vrbs inuenitur עציון גבר dicta a IONATHANE. BEN. VSIEL כרך תרנגולא arx galli reddita, quum proprie spinam viri denotet : fileo plura loca, in quibus vox גבר occurrit.

§. VIII.

HISCE iam adquiescere possem, nisi casu in manus incidisset schediasma B. ANDREAE, NORRELI (v), quoin locum LEV. XI. 22. imprimis vocem חרגול de gallo explicat galinaceo. ante eum, quantum mihi innotuit, nemo in hanc venit sententiam. BOCHARTVS (x) enim ab arabico جرجر longum esse, serie longa ferri et produci descendere autumat. VVLGATVS in ophiomachum, COCCIVS in cantbarum alii aliter verterunt. LVTHERVS cui haec vox haud innotuisse videtur, verba hebraica sine omni versione reliquit, et vt nomina propria expressit. omnia ergo incerta sunt, quae de hisce vocibus dici possunt. BOCHARTI sententia et mihi placeret, nisi deficeret ratio, ob quam MOSES locustarum quatuor species adduxisset cum addito : secundum species suas, quod item diuersas diuersarum speciarum species innueret. certum est, diuersa animalium genera hisce vocibus exprimi, quatenam vero et qualia, non constat.

LIVS

v) titulus est: diatriba de aui- bus est licitis. VPSALIAE CAP. I. p. 445. MDCCXLVI. p. 60. sqq. x) hieroz. TOM. II. LIB. IV.

LIVS tamen quid hac in re tentavit, et hasce voces pro virili illustravit. missis, quae de nominibus ארובח et סלעס commentatus est, de voce חרובל paucis agam, quum ex sua sententia gallum denotet, adeoque huius loci sit. BOCHARTO contradicit haud modestis vtens verbis. *fatius, inquit, et sanius fuisset, ipsos hebraeos titulos mutato habitu in alias linguas transferre, quod prudentiores fecere, quam incommodis etymologiis et iciniis ac friuolis hariolationibus vim sensui sacro inferre.* sane speciem viri prudentioris ac reliquis sapientioris prae se fert. nobis regulam hermeneuticam suppeditat, quam numquam ausuimus nec expectauimus unquam. ipsi hebraei tituli mutato habitu in alias linguas sunt transferendi. in quas? quaeso! an in cognatas linguas arabicam, syriacam aut aethiopicam? minime gentium! hoc nil aliud foret, ac incommodis etymologiis et friuolis hariolationibus vim sensui sacro inferre. aliam ergo ingreditur viam. *non itaque, inquit, missis scripturientium operosis disquisitionibus pro adstruenda titulorum istorum locustae vel consimilium vocum notione; arbitramur posteriorem syllabam in חרובל luculentum indicium esse optimi generis auium (quod etiam per גול in talmudico חרובל indicatum censemus) et posito orientali habitu atque occidentali adsumto, gallum et nomine et re sistere.* ex hac origine haud dubie habemus gallum gallinaceum, gallinam, gallopauum, vrogallum, gallicinium et nostrum gala och straxt golhanen MATTH. XXVI. 34. hönsagället. hoc indicio et cumprimis, quod in nullo alio legis loco genus gallinaceum vsui populi DEI permixtum legitur, statuimus, חרובל eo nomine et significato venire ac prorsus idem esse cum חרובל תרובל תרובל gallus gallinaceus תרובל et תרובל תרובל gallina תרובלין galli, gallinae, reliqua. quantum ego mentem eius perspicere valeo, eo redit: vltima syllaba vocis חרובל cum latino gallus et sueco gala et vltima dimidia vocis hönsagaellet conuenit NB. ratione soni, ergo idem significare debet, ergo gallum denotat. fatius et sanius fuisset ignorantiam suam profiteri, ac in his rebus, quae sane inperscrutabiles sunt, vocum enim etymologia nos deserit, quid tentare, quod tamen vires nostras excedit. sufficiant haec de hacce quaestione; transeo potius ad sequentem.

C

QVAE

XVIII SECTIO. PRIMA QVAESTIO. SECUNDA

QVAESTIO. II.

NVM veteres HEBRAEI alicui fuerint ab alendo gallos?

§. VIII.

ABVNDE satis iam probavi, in sacris pandectis V. T. galli gallinacei non fieri mentionem. non tamen exinde sequitur, HEBRAEOS veteres non aluisse hoc animalium genus. ita concludendo vitium committerem, quod logici saltum in demonstrando adpellant. a silentio SCRIPTURAE ad rei negationem N. V. C. alio ergo ex principio id deducendum erit. suppeditabo illud, ex quo id elici potest, atque concludi. in antecessum tamen confiteor, hoc non ulterius ac ad summum probabilitatis gradum redigi posse. summus vero probabilitatis gradus primus certitudinis dici meretur.

§. X.

SEMPER miratus sum, cur hoc avium genus in catalogo non vitiorum quidem animalium, sed imprimis eorum, quibus vesci liceret, non inueniatur. ratio me latuit, quare non itidem ac columbae ad aram IEHOVAE facti sint galli. semper cogitavi, id ex DEI pependisse arbitrio, quale animalium genus voluerit, ut sibi immoletur, quale non, caussarum incuriosus. haereo et adhuc, num rationibus subscribam, quas in medium protulit *vir celeberrimus* DN. B. L. ESKVCHE. P. P. in ALMA RINTELIENSI famigeratissimus y) ab adtributis galli desumptis, quum nullum inueniatur animal, cui non sint proprietates malae mixtae bonis. nonne hirci, qui non immolari tantum, sed et SOSPITATORIS nostri typi fuerunt, salacissimi sunt? sic quoque reliqua animalia mala, si mali et boni notio in ea cadere possit, produnt adtributa. hisce tamen non obstantibus DEO oblata fuerunt. quidni galli quoque et gallinae? quidni

y) DISS. de gallis et gallinis RINTELII. MDCCXLI. SECT. ad aram JEHOVAE non factis. III. p. 31. sq.

ni in re publica iudaica tolerati sunt? rationes adesse debent, quae id suaserunt. in quas si inquirimus, vita nomadica HEBRAEORVM sese offert pro ratione.

§. XI.

NOMADES quid sint, notum est. gens quaedam in AFRICA hoc nomine vt proprio gaudet. tum et populi quidam ita dicuntur, qui, non certo fixo loco detenti, vbique terrarum circumuagantur. generatim sunt, qui in tentoriis habitantes greges suos in varias regiones pascendi gratia deducunt. VIRGILIUS hoc vitae genus sequenti carmine describit 2) :

*PROSEQVAR et meis habitata mapalia tectis?
 saepe diem, noctemque et totum ex ordine mensena
 pascitur, itque pecus longa in deserta sine vllis
 hespitiis (tantum campi iacet) omnia secum
 armentarius AFER agit, tectumque, laremque,
 armaque, amykleumque, canem, cressamque pharetram. etc.*

tales vero veteres HEBRAEOS fuisse, probatum ibo. ante diluuium iam hoc vitae genus in vsu fuit. huius moris auctorem IABALEM fuisse, relatum legimus GEN. IV. 20, de hoc dicitur: *וְהָיָה אָבִי הָאֵלֹהִים וְהָיָה אִתּוֹ אֶתְרָה בְּנֵי הָאֵלֹהִים וְהָיָה אִתּוֹ אֶתְרָה בְּנֵי הָאֵלֹהִים* hic erat pater habitantium in tentoriis et pecudis, proprie possessionis, quia veteres HEBRAEI magnam immo maximam possessionis partem in pecudum numero collocabant. pater alicuius rei quid sit, pater. ille HEBRAEIS patris nomine venit, cui aliqua res originem debet. sic habitantes in tentoriis a IABALE traxisse dicuntur originem. habitantes vero in tentoriis nomadicam vitam exercuisse, elucet ex addito: *et pecudis*. cum armentis enim vitam proferebantur et in varia deserta agebant greges. non vero mens est in materiam hanc excurrendi, quum in antiquitatibus iudaicis id fieri debeat, ostendere tantum volui, veteres HEBRAEOS nomades fuisse. sic et aedificatores turris babilonicae

2) GEORG. LIB. III. 282-287.

nicae nomadicam vitam egerunt, et finis praecipuus huius turris hic praecise fuisse mihi videtur, quo congregationis haberent locum, ne dispergerentur per terram. quid de ABRAHAMO dicemus? nonne hic patriarcha eodem, quo maiores sui, usus fuit virae genere? ipsum in tentoriis vitam sustentasse, ex vnico loco GEN. XIII. 18. adparet. erat in AEGYPTO nec ibi in vrbibus degabat, sed in tentoriis. quum enim abiret, dicitur וַיִּתְּנָהּ *et tentoria mouit.* ne vero iusto prolixior sim, prouoco tantum ad *virum summe reuerendum* DN. D. CHR. BEN. MICHAELIS, theologum halensem famigeratissimum *a)*, qui hac in re omnem operam expleuit. de ARABIBVS his HEBRAEORVM fratribus idem refert ARVIEV *b)*, qui hodie PALAESTINAM inhabitantes simili ratione tentoriis vtuntur.

§. XII.

HOC. VITAE genus respiciunt verba permulta HEBRAEIS et ARABIBVS vsitata, ex omnibus bina וַיִּתְּנָהּ et וַיִּסְרֹף adducam. primum idem est ac ROMANORVM *proficisci, iter facere, vulgo: reisen, von einem ort zum andern ziehen.* hic vero non proprius huius verbi significatus est, denotat enim *euellere, eradicare, extrahere*, quem ARABIBVS debemus, quibus verbum ساقط hac ex notione residuum est. tentoria certis paxillis terrae immixtis adligata fuisse, notum est, prius euellendis, quam iter faciendum erat. verbum וַיִּסְרֹף proprie actum denotat, quo paxilli extrahuntur, tum et proficisci. sic et radix וַיִּסְרֹף ex hisce lucem accipit. semper quidem per vocem: *congregauit* exprimitur, quae tandem mortis ingreditur notionem. respicit vitam nomadicam, qua vsos fuisse veteres hebraeos probatum est. circumuagabantur, non fixa ipsis erat sedes. inde et vita audit continua peregrinatio. IACOBVS. PHARAONI dicit GEN. XLVII. 9. *dies peregrinationum mearum sunt centum triginta annorum, quod idem est ac dies vitae meae.* *congregari ad paren-*

a) DISS. de oeconomia patriarch. §. XIII. sqq.

b) vogage en palestine p. 109. sqq.

parentes idem esse ac *mori*, quis est, qui nesciat? hic tamen non primus et proprius huius vocis significatus est, proprie quum explicari debeat per phrasin: *hospitio excipi*. id nos ARABES docent, idem, alia tamen voce, exprimentes. his enim radix *ح* proprie est: *hospitio excipi*, quod tandem ad mortem transfertur. nonne idem PAVLVS. EBR. XI. 13. 14. docet vitam nostram exprimens per peregrinationem? de patriarchis id expressis verbis adfirmat: *secundum fidem*, inquit, *mortui sunt isti omnes, non adepti promissa, sed eminus ea conspicati, postquam ipsis fuissent persuasa, et ea amplexi fuissent ac sese confessi peregrinos et aduenas esse in terra.* inde thesin elicit: sperandam esse patriam, nam, qui haec dicunt, palam ostendunt, se patriam requirere.

§. XIII.

EX. SVpra dictis satis adparet, NOMADES. HEBRAEOS veteres fuisse. probandum nunc erit ex ipsa vita nomadica, eos ab alendo gallos fuisse alienos. nomades ab AEGYPTIIS odio fuisse prosequutos, illi iam erit probatum, quem non fugit, IOSEPHVM patriarcham GEN. XLVI. v. vltimo id diserte pronunciare. *dicetis*, inquit fratribus PHARAONI praesentandis, *homines pecuarii fuerunt serui tui ab adolescentia nostra, tum nos, tum maiores nostri, ut habitetis in terra GOSCHENIS, quia abominationi est AEGYPTO omnis pastor gregis.* nomades fuisse pastores gregis, quis vumquam ibit inficias? hi vero AEGYPTIIS erant infensissimi. huius odii in rationes non multis inquiram, quum nec praesens scopus, nec paginae id permittant. qui vero hac in re magis erudiri cupiunt, ablegatos volo ad virum summe reuerendum DN. D. SIGM. IAC. BAUMGARTEN c) qui ex instituto ostendit, nomades quosdam, gente et natione ARABES, quos HYCSOS vocari docet, certo temporis spatio AEGYPTVM inuasisse, inque eam longo temporis tractu dominium exercuisse satis crudele. alio vero loco d)

C 3

vin-

e) allgemeine welthistorie VOL. I. CAP. III. SECT. V. §. DCXXVI. p. 513. 514. * (B. 366)

d) DISS. de regno posteriorum ABRAHAMI in AEGYPTO. HALAE, MDCCXLIV. habita.

XXII. SECTIO. PRIMA. QVAESTIO. SECVNDA. VII

vindicat HEBRAEOS, qui ab ANGLIS quibusdam et aliis hoc intelliguntur nomine. haec mihi ratio est, quare omnes nomades in AEGYPTIORVM oculis sint abominatio. euenit inde morum diuersitas, vt quum nomades bestias comederent, AEGYPTII contra ea eas diuino prosequuti sint honore, potiori ex parte METEMPSYCHITAE. factum eadem ex ratione est, quod nomades a quibusdam animalium generibus abstinerent, quae prae ceteris apud illos diuino cultu adficiebantur. horum ex numero sues sunt, lepores et חַמְסִי e) reliqua. nemo mihi obiiciat, multa dari animantia ab AEGYPTIIS diuino cultu habita, quae tamen non fuerint reiecta. sic bos nomine OSIRIS pro DEO habitus est, nec hoc impedit, quominus HEBRAEIS fuerit animal quam maxime charum

e) semper, minus recte tamen, a radice נִנ concipitur, quod SYRIS et CHALDAEIS *fumavit* audit: inde putant *dracones, ceti, balanae, serpentes* dici. VVLGATVS et לֶחֱמַי semper vocem חַמְסִי per *cetos* expriment, quod LV-THERVS *walffische* vertit. rectius IOBVS. LVDOLEVS in *historia aethiopica* LIB. I. CAP. XI. n. 86. ex EZECH. XXIX. 3. XXXII. 2. demonstrat, *crocodilum* hanc significare vocem. radicem veram legimus IVDIC. XI. 40. vbi *deplorare, deslere, flere* denotat. eodem significatu occurrit haec vox apud ARABES, scribiturque حَمْسِي tertia radicali ח in ח mutata, inde *crocodilum* dici posse, quisque videt, qui nouit, hunc voce tristissima, flerui recens natorum simili, homines ad NILI litus adlicere, quia carnis humanae cupidissimus est. ita relatio siue fabula de crocodilo audit. vox ista po-

tius ipsi naturalis est, ob quam etiam hoc nomine insignitur. vid. *historiam mundi vniuersalem* LIB. I. CAP. III. SECT. I. §. CCCCXXXII. huic significationi et fauet adpellatio *regum aegyptiorum*, e. gr. PS. LXXXIII. 13. ES. LI. 9. ad quaestionem: cur MOSES in creationis historia huius bestiae iniiciat mentionem? facile erit, quod respondeatur. ISRAELITIS hoc animal notum erat, vt symbolum maiestatis, immo apud AEGYPTIOS diuino adficiebatur cultu. huius auctor est DIOD. SICVLVS. LIB. I. fol. 69. voluit ergo MOSES illos de omnipotentia DEI certiores reddere, qui etiam eiusmodi animalia, cuiusmodi *crocodilus* est, ex nihilo per omnipotens suum verbum creauit. voluit etiam, quae altera ratio est, eos simul a cultu huius bestiae religioso auocare, quum creatura mera sit, DEOque longe inferior.

rum, DE Oque vero immolatum. non enim vniuersaliter adci-
pienda sunt, quae supra dixi. probe scio equidem ex particula-
ri nihil sequi, nec exinde, quoniam mores AEGYPTIORVM
et nomadum diuersi fuerint, et hi a quibusdam animalibus absti-
nuerint, elici posse thesin, HEBRAEOS ab alendis gallis fuisse
alienos. aliqualem tantum rationem adducere volui, quum
vera ratio in limine Sphi sit prolata. haereo tamen adhuc, num-
ne caussa adducta sit ratio silentii SCRIPTVRAE. S. V. T.
circa gallos gallinaceos. caussis enim, vt iam supra monui, quas
DN. B. L. ESKVCHE *f*) et WOLFG. FRANZIVS *g*) adduxerunt,
non subscribere possum, quas potius vt pias considero medita-
tiones. idem quod de gallis dicitur, de plurimis aliis animalibus
valet. nec ipse SALVATOR noster gallinas iudicauit indignas,
vt sese potius cum illis compareret *h*). sua enim natura et in
oculis DOMINI nullum animal impurum esse potest, sed cer-
to tantum respectu tale dicitur. ob rationis defectum enim a-
ctiones ab ipsis peractae morales esse nequeunt. probabilis er-
go mihi erit ratio adducta, donec suppeditetur alia. certum
est, HEBRAEOS vitam nomadicam egisse; certum est, nomades
AEGYPTIIS fuisse abominationi; certum est, veteres
HEBRAEOS a quibusdam animalibus ex odio in AEGY-
PTIOS abstinuisse; quidni etiam a gallis et gallinis? nullam
video rationem. sed nec opus est, vt ad odium hocce confu-
giamus, quum ipsa vita nomadica abunde satis rationes suppe-
ditet, ob quas gallos non aluerint. nec alere eos potuerunt, si
etiam vellent. proficiscentes enim continuo erant, et vnum de-
sertum deferentes alterum petebant. qui gallorum naturam no-
uit, ipsum nec fugere potest eas non vt reliqua animalia circum-
agi posse. nouis locis non statim adsuefacti, sine dubio amitte-
rentur, nisi caueis inclusi essent. si vero libere circumire ipsis
non licet, morbis subiecti moriuntur. nec priuilegium noma-
dum, quod ad prata et deserta restrictum erat, ipsis hoc anima-
lium

f) in citata DISS. de gallis etc. I. LIB. II. CAP. X.

g) historia animalium cum *h*) MATTH, XXIII, 37. LVC,
commentario CYPRIANI. VOL. XIII, 34.

XXIII SECTIO. PRIMA QVAESTIO. SECVNDA

lium genus permittebat. certum ergo est, et extra omnem dubitationis aleam positum, veteres HEBRAEOS gallos nec aluisse, nec alere potuisse, siue ab alendo gallos fuisse alienos.

§. XIII.

RESPECTV eorum ergo, qui vitam nomadicam egerunt, certum est, eos gallos non aluisse. quid vero de iis dicendum nescio, qui sedem fixam habuerunt. de his nihil dicere valemus, quum rationes nobis defint, quae id vel probent, vel contradicant eidem. silet SCRIPTVRA. S. nec alii scriptores ad nostras peruenerunt manus, ex quibus argumenta desumamus. certum est, ipsis non fuisse legem de non alendis gallis. alere ergo eos et potuerunt et non potuerunt. dubia ergo res est, nec ymquam tenebrae, quibus inuoluta est, erunt dispellendae. dubiam ergo illam mittimus potius ac coniecturis aliquid demus. venditant quidem IVDAEI legem de non alendis gallis HIEROSOLYMIS. noua, lex si fuit, videtur illa. ante captiuitatem babylonicam eam nondum viguisse, reddi potest probabile. expressis quidem verbis exstat in TALMVDE *i*) et ita se habet: אין מגדלין תרנגולין בירושלם מנני קרשין non alunt gallos hierosolymis propter sacra: additurque; nec sacerdotes eos alunt per totam terram israheliticam, rationem addit glossa: etiam ISRAELITIS prohibitum est gallos alere HIEROSOLYMIS propter sacra; nam ISRAELITAE comederunt carnem sacrificiorum pacificorum atque eucharisticorum; iam vero mos est gallis gallinaceis vertere stercoraria, atque inde forsitan educere possent carnem reptilium, vnde pollui possent sacra ista comedenda. aetatem huius legis inuenire haud possum, quum in TALMVDE de aetate altum silentium sit. verba legis dictae nec formam legis habent. vniuersaliter dicitur: non alunt gallos, de potiori parte incolarum huius vrbis sermo est, eam non alere gallos. nec negatur, nec adfirmatur, quosdam hanc non obseruasse consuetudinem, an ante CHRISTI mortem iam vige-

rit

i) MISCHNA, tractatu babha kama CAP. VII. §. vlt.

cogatur, studio difficultates quaesivisse videntur interpretes, quas facili negotio euitare possent. id sequentia euictum dabunt.

§. II.

OMNES si cogitassent, et sanctiori religione admittissent, non scripsisse euangelistas, nisi immediata inspiratione diuina ductos rectosque 2 TIM. III. 16. 2 PETR. I. 21 nullum prorsus dubium hic poruisset moueri. clarissima sunt verba textus originalis, quae ita fluunt:

TEXTVS. GRAECVS

Ἐφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ἀμὲν λέγω σοι, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ, πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρεῖς ἀπαρνήθη με.

accedunt versiones antiquissimae limpidissimae, quae itidem gallum vertunt, et hac in re cum B LVTHERO faciunt. ex omnibus sequentes tantum hoc loco oculis subiiciam.

VERSIO. VVLGATA

ait illi IESVS: amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis.

VERSIO. SYRIACA. *)

אמר לה ישוע. אמן אמר אנא לך. דכחנא
ללוי קדם דנקרא. זרבבלא: חלת זכנין תכפור בי.*

VERSIO. B. LVTHERI.

IESVS sprach zu ihm: wahrlich ich sage dir: in dieser nacht, ehe der hahn kraehet, wirst du mich dreimal verleugnen.

VERSIO. BELGICA

IESVS seyde tot hem, voerwaer ik segge u, dat ghy in desen seluen nacht, eer de haen gekraeyt sal hebben, my driemaal sult verloochenen.

possem,

*) ob typorum syriacarum defectum litteris hebraicis syriaca exprimere cogor.

possem, si vellem, plures addere. quid vero prodesset. sufficienti hae ad perspicendum, MEGALANDRVM nostrum B. LVThERVm vocem ἀλέκτορα recte transtulisse, quum primi aevi versiones ipsi calculum adiciant. non opus ergo esset, vt sensum huius vocis eruam. post motam vero controversiam, posteaquam variorum interpretum variae existant opiniones, aliter res se habet, alia nunc iam ratione agenda. idque instituti ratio iubet.

§. III.

PRIMO statim loco se offert difficultas philologica, adparens nimirum inter MARCVm caeterosque euangelistas contradictio. ille etenim bina gallicinia memorat, quum hi vnus tantum galli cantus faciant mentionem. praeter IO. CHRISTOPH. WOLFFIVM a) et BOCHARTVM b) ante anni circiter interuallum vir illustris et summe reuerendus DN. PETRVS. SASSE. PH. et S. S. TH. D. P. D. P. O. CONS. CONSIST. fautor meus omni honoris cultu prosequendus, hocce dubium felicissimo remouit successu c). liceat mihi, quum istiusmodi scripta chronica, quale illud est, cui eruditam huius loci explicationem inferere IPSI placuit, ad omnium manus non perueniant, h. l. exscribere, quae de hoc dubio cogitauit. mit der bedeutung eines habnen, inquit, reimet sich auch alles beim MATTHAEO, vnd wir schliessen recht, dass ἀλέκτωρ nicht anders uebersetzt werden muesse. spricht zum exempel IESVS beim MATTH. XXVI. 34. da der nachwachter laengst gerufen hatte: ehe der habn in dieser nacht kraebet, oder beim MARCO XIV. 30. ehe der habn zweimahl kraeben wird, so streitet dieses nicht, sondern stebet beisammen. das eine bestimmt nach der euangelisten weise genauer, was in dem andern nur ueberhaupt berichtet worden. ersteres fuhret vns auf den zeitpunct, vor dessen voelligen ablauf sich die hachne zu zweienmahlen hoeren lieffen; letzteres ist nur von dem wiederhohltten gesang; wie aus dem MARCO. XIV. 68. deutlich zu

D 2

er-

a) curis ad h. l.

b) hierozoico TOM. II. LIB. I. CAP. XVII. p. 121.

c) in den mecklenburgischen nachrichten, fragen vnd anzeigen MDCCLI, n. XXI. XXII.

ersehen, anzunehmen. planissima quidem verba sunt, quibus quam felicissime nodum soluit *vir summe reuerendus*. vnum tamen et alterum illustrationis ergo addam. experientia notum est, gallos noctis tempore triplici vice cantum edere, hora vndecima, prima matutina et tertia. hanc galli virtutem ipsi ARABES quoque adgnouerunt. placet ex BOCHARTO *d)*, quaedam ARABVM testimonia hac de re adducere. primum erit ALKAZVINII, qui ita: *ومن عدايب معرفتي ذوات اللبل فان اللبل اذا كان خمس عشر ساعة يعسط احواله كعلا كما كان يعسط عله وهو تسع ساعات وثلثي بالعام* *e)* *من العجائب* quod nouit horas noctis: adeoque, cum nox est horarum quindecim, pro eius ratione dispensat cantus suos; quomodo etiam dispensat cum solum est horarum nouem, idque per DEI inspirationem. et DAMIR (quem tantum latine adducam) sic loquitur: *in eo maxime mirabile illud est, quod nouit tempora noctis, et iuxta ea tum aequa lance cantus suos dispenset, ut ex iis vix quidquam demat, siue longiora sint, aut breuiora. et cantus eius perpetuo praecedat, et sequatur auroram. laus illi sit, qui eum ad id instituit.* ad huius gallicinii ductum nox apud ROMANOS diuisa fuit. noctem hi in quatuor partes dispecebant, vigilia prima, item secunda et tertia et quarta dicta *e)*. tertiam vigiliam gallicinium stricte dictum vocabant. eundem morem iam temporibus CHRISTI in PALAESTINA receptum fuisse, de eo non dubitandum, quum notum sit, IVDAEOS et reliquas ROMANORVM consuetudines suas fecisse. nec hoc negat liber talmudicus. prouoco hac in re ad LIGTFOOTVM *f)*, qui: „de gallicinio sic habent magistri. „*bab. ioma fol. 21. i. dicit R. SCHILLA. quicumque iter adgreditur „ante galli cantum, sanguis suus sit in caput suum. R. IOSIA dicit, „si ante cantum secundum: et sunt, qui dicunt, si ante tertium. ar, „de*

d) hieroz. TOM. II. LIB. I. 334. sqq. edit. quae GENEVAE ANNO, MDCXX. prodiit. 8. med.

e) vid. ROSINI antiquitates *f)* horis hebr. et talmud. ad romanae LIB. IV. CAP. III. pag. h. 1.

„de quali cantu haec dicuntur? כתרנגול בינוני de gallo mediano:
 „hoc est, vt explicat glossa: de gallo, qui cantum suum nec nimis
 „adcelerat, nec nimis differt. MISCHNA. in quam hoc glossema
 „haec habet: vnoquoque die cineres ab altari remouens circa galli can-
 „tum: at die expiationis a media nocte, etc. nunc iam facilis erit
 conciliatio MARCI cum reliquis euangelistis, quum hi ipsum
 gallicinium strictè dictum intelligant, ille vero non hoc tantum,
 sed et praecedens simul innuat. MARCVS enim verba CHRIS-
 TI ipsissima adduxisse videtur, quum caeteri tantum generatim
 gallicinium, vt terminum abnegationis petrinae vltimum, nomi-
 nent. plures huic dicto non insunt difficultates philologicae;
 est enim planissimum, si modo proprius verborum significatus
 non deferatur.

§. III.

PROBANDVM nunc erit, gallum gallinaceum tempo-
 ribus CHRISTI patientis et PETRI peccantis fuisse praesen-
 tem. non abibo ad scholas IVDAEORVM, vt inde argu-
 menta desumam. status reipublicae iudaicae, qui istis tempori-
 bus viguit, nobis suppeditabit eadem. nullus sane populus ma-
 iores crebrioresque passus est mutationes, ac IVDAEI. mo-
 res eorum, qui ad captiuitatem babyloniam vsque summo ri-
 gore vigoreque conseruati fuerunt, in eadem et post eam muta-
 tiones perpeffi sunt eximias. quem fugit, BABYLONIAE
 regem IVDAEOS captiuos suis natiuis subditis immiscuisse.
 redeuntes vero PERSICAM iurisdictionem admittebant et
 cum eadem etiam mores tum PERSARVM tum BABYLO-
 NIORVM recipiebant. cum ditione et mores variabant. sub
 GRAECORVM imperio, quod interdum satis crudele et
 violentum fuit, alias leges de nouo adiciebant, in mores et con-
 suetudines influxum quae habuerunt. ROMANORVM de-
 nique superioritatem adgnoscentes IVDAEI iterum mores il-
 lorum suis adiunxerunt. quid ergo mirum, maiorum suorum
 consuetudines apud illos in desuetudinem abiisse. quid mirum,
 eos gallos gallinasque aluisse, a quibus genitores sui abhorruerunt.

§. V.

EX. PRAECEDENTI paragrapho iam patet, non impossibile fuisse, nec inuoluere contradictionem, IVDAEOS tempore CHRISTI gallos aluisse, siue, si non aluerint, HIEROSOLYMIS tamen exstitisse. quum tamen a posse ad esse non concludi liceat, ex certissimis rationibus id euictum dabo. nescio sane, quid de iis dicam, qui locum nostrum sinistre sunt interpretati. ipsos sane non fugere potuit, ROMANOS eo tempore PALAESTINAE dominos horum animalium fuisse amantissimos. omnem rem hac in re egit B. HADRIANVS RELANDVS g), qui inter alia argumenta ad ROMANOS prouocat, qui ad auspicia hoc animalium genus adhibuerunt. testis est M. T. CICERO h), hic ROMANORVM orator fere diuinus, qui auspicia ad ROMVLVM vrbs conditorem referens hac ratione ea describit: „illi autem, inquit, qui in auspiciam adhibetur, quum ita imperauit is, qui auspiciatur, *dicito, si silentium esse videbitur*; nec suspicit, nec circumspicit: statim responder, *silentium esse videri*. turn ille, *dicito si pascuntur. pascuntur*. quae aues? aut vbi? adtulit, inquit, in cauea pullos is, qui ex ipso dicitur pullarius. haec sunt igitur aues internuntiae IOVIS. quae pascuntur, nec ne, quid refert? nihil ad auspicia: sed quia, quum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, et terram pauire, terripauium primo, post terripudium dictum est, hoc quidem iam tripudium dicitur, reliqua. vberius de auspiciis egit ROSINVS i). quotiescunque, inquit, de inchoanda re quapiam exequendaque deorum per pullos censa, placitaque exploratum ibant, (oportet autem id fieri summo mane et primo diluculo) imperato de more silentio, pullem illis aut offam cauea reclusa, obiciebant. quod si ad oblatam escam mox pulli e cauea non prosilerent, aut serius egressi, vel non adtingerent eam, vel alarum planctu dissiparent, vel relicta esca aberrarent, aut occiderent, aut prorsus non vescerent, vel auolarent

g) in aurea eius oratione de gal-
li cantu HIEROSOLYMIS audito.
ROTEROD. MDCCIX. 8. edita
cuius excerptum lege BIBL. BRE-

MENS. CLASS. VI. FASC. VI.
n. I. p. 1057. sqq.

h) de diuinatione LIB. II. CAP.
XXXIV.

i) l. c. p. 285.

rent penitus, omen prae se ferebant magni terroris et sollicitudinis euentusque tristissimos, et pullarius exitum praemetuens, ne quid molirentur, sed vel desisterent ab incepto, vel differrent deliberationes, vel mutarent hoc prorsus, quod prae manibus erat, hortabatur. his iungo SILIVM. ITALICVM k) ita canentem :

TVNC ales, priscum populis, de more LATINIS
auspicium, quum bella parant, mentesque deorum
explorant super euentu, seu praescia luctus
damnavit vesci, planctuque alimenta refugit.
et paucis interiectis :

tunc signa sequentur
nulla vulsa manu, vescique interitus ales
gaudebit.

non cumulabo testimonia pro thesi confirmanda, ROMANOS pullis ad auspicia fuisse vsos. haec adduxisse sufficiat. pullos enim quum semper habuerint, haud parvus ipsis esse debuit gallo- rum gallinarumque numerus. id quod si probare vellem, foret ridiculum.

§. VI.

PONTIVM. PILATVM ad quem terrae sanctae gubernatio erat delata, auspiciis gausum fuisse, alterum erit, quod mihi probandum est. nescio an vlli hac de re relinquatur dubium, qui PLINII l) verba intelligit haec: *ut plane digna aliti tantum honoris praebeat, romana purpura, horum sunt tripudia solissima. hi magistratus nostros quotidie regunt, domosque ipsis suas claudunt aut referunt, hi fasces romanos impellunt, aut retinent, iuvent acies aut prohibent, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices, hi maximo terrarum imperio imperant.* hic de auspiciis refert, ea romanos magistratus quotidie regere, et in minutis rebus interdum fuisse adhibita, e. gr. domos num claudant, num referant etc. munus, quod PILATVS gessit, magistratus nomine venire posse, quisque concedet, qui considerat, summum hoc

k) punie. LIB. V.

l) LIB. X, CAP. XXI.

hoc fuisse in terra sancta iudicium, a quo nisi ad ipsum romanum imperatorem adpellari possit. imperatoris personam referebat, fascesque habuit, cum quibus auspicia coniuncta erant. PILATVS ergo auspicia habuit, pullos itaque, gallinas et gallos aluit immo alere debuit. quumque ROMANI se ad leges moresque IVDAEORVM non adtemperarent, et PILATVS hic imperatoris legatus, qui caesaris effigiem vndique adfigi iussit, ad sacrum qui manus admouit aerarium, huic legi, lex si fuit, de non alendis gallis HIEROSOLYMIS adtemperans sane non fuit. perbene HADRIANVS. RELANDVS *m*) monuit, fues seu porcos in terra sancta alere quamuis omnibus PALAESTINAM inhabitantibus sit interdictum, GEDARENOS tamen, qui partem huius terrae incoluerunt, pauisse fues. quod de his valet, idem et de gallis dici potest. gentiles ergo, quales nimirum GEDARENI fuerunt, mores, consuetudines et leges IVDAEORVM videntur neglexisse. PILATVM vero caeterosque ROMANOS legis de gallis non alendis IVDAEIS latae obseruatores fuisse, credat, qui velit.

§. VII.

QVID. VERO de IVDAEIS dicamus, quibus hanc legem latam esse, TALMVDICI volunt. hi quoque, non solum GENTILES, gallos aluerunt, vendiderunt, et ex parte comederunt. id testatur saepe laudatus RELANDVS *n*), quem hac in re lubentissime sequor. *verba*, inquit, *legis ipsius prohibere duntaxat gallos alere, non vendere, nec comedere. dici ergo posse, hunc quoque gallum ex illorum numero fuisse, qui venditi, ut mensacis exstruerentur, HIEROSOLYMOS delati sint, et ea nocte, quae suprema illi fuerit, vocem consuetam edidisse.* probatum ergo iam iam erit, HIEROSOLYMIS gallum extitisse. nil superest, ac probatio eius, quod in aedibus CAIPHAE adfuerit gallus.

§. VIII.

m) vid. summam eius orationis FASC. VI. p. 1059. sqq.
BIBLIOTH. BREM, CLASS. VI. *n*) ibid. p. 1061. (e).

SECTIO. III.

ELENCHTICA

aduertens in eos, qui ad alias abeunt opinionones.

§. I.

HISCE, ADQVIESCERE possem, nisi restaret, vt ostendam, viros hunc locum in contrariam partem explicantes potiori ex parte antiquitatibus iudaicis abusos fuisse. in tres potissimum abeunt ad vnum omnes hi interpretes. aut per gallicinium intelligunt קרא הגבר siue clamorem praefectus templi, qui singulis mane מקד בית מוקד pulsabat, et sacerdotes ibi pernoctantes ad ministerium suscitabat. aut cum RELANDO gallum extra vrbs moenia cantasse perhibent. aut cum ALTMANNO faciunt, qui buccinatorem stationarium sibi fingit, quem galli loco ponit. quaelibet sententia suos habet fautores atque defensores, qui singuli rationes habere credunt sufficientes. non singulorum singulas perlustrabo rationes, alias praefens commentatio iustos transiret limites. sufficiet generatim ostendisse, qua in re antiquitatibus iudaicis et romanis abusi sint. sufficiet scripra et auctores citasse, a quibus argumenta potiora remota et profligata sunt. id breuissime expediam.

§. II.

EORVM prima classis est, qui legem hanc quidem admittunt, ἀλεξισοφωδίαν vero per קרא הגבר interpretantur. hi ergo nomine galli praefectum templi adficiunt, qui singulis diebus summo mane מקד בית מוקד pulsans sacerdotes ad ministerium fungendum vocabat. breuiter sufficienter tamen refutat eos B. IO. CHR. WOLFFIUS o) *contrariatur id,* inquit, *situi aedium*

CAI-

o) curis ad h. I.

CAIPHAE, quas a templo HIEROSOLYMITANO adeo remotas fuisse contendunt plerique, ut praefectus ille templi audiri ibi non potuerit: quemadmodum nec constat, eum repetita vice sonitum fecisse, quod factum tamen oportuit, quum PETRVS bis vocem audivisse dicatur. tertiam rationem addit ALTMANNVS p) tempus nimirum, quo PETRVS gallicinium audivit, quod nondum ad auroram adcesserat, sed ante mediam noctem auditum fuit. anticipata sunt iam omnia, quae circa hanc sententiam forent monenda. multis ostendi, ROMANOS, qui eo tempore in IVDAEOS dominium exercuerunt, gallis fuisse vfos; simul etiam reddidi probabile ipsos IVDAEOS, ne CAIPHA quidem excepto, gallos mentas parasse. cur ergo propriam vocis ἀλέτροει significationem deseramus? cur praefectum templi vel vigilem nocturnum nobis imaginemur, qui vices galli in se suscipiat? et sane inter gallum et praefectum templi tertium comparationis nullus video. eadem prorsus est ac ridicula BILFAMI comparatio cum gallo, quam fingere IVDAEOS supra monui (SECT. I. §. VII.). nil addam, quum rationes a B. WOLFFIO et ALTMANNO adductae sufficientes sint pro conuellenda illa.

§. III.

ALTERA eorum classis est, qui cum RELANDO gallos extra vrbis moenia quaerunt. quae hicce vir celeberrimus vt hypothefin adcepit, ea IO. CHR. BIELIVS q) vltcrius produxit, et vt veritatem defendit. refert ille, gallos in SICILIA audiri posse, qui in ITALIA cantant, referente SILIO. ITALICO r) et de BOSPHORO. ASIAM ab EVROPA dissecante tradere PLINIVM s) alitum cantus canumque latratus inuicem audiri: vocis etiam humanae commercia inter duos orbis manente colloquio, nisi quum id ipsum auferant venti. id ambabus concedo, nec vinqum PLINIO et SILIO. ITALICO fidem sum denegaturus.

E 2

num

p) BIBL. BREM. CLASS. V. n. I. p. 1063 sqq.
FASC. III. n. IV.

q) LIB. XIV.

q) ibid. CLASS. VI. FASC. VI.

s) LIB. VI. CAP. I.

num vero ex hisce narrationibus sequatur, quod RELANDVS vult; alii disquirent. recte excepit venerandus ALTMANNVS ^{t)} incertum esse, an domus pontificis adeo contigua fuerit moenibus, vt gallus extra moenia cantans, in tanto strepitu, in tanto IVDAEORVM inconditum clamorem edentium, inque militum tumultu exaudiri potuerit. haereo, num *celeb.* BIELIO ^{v)} calculum adiiciam, qui ALTMANNVM refutans auctoritatis, vt videtur, studio haud bonam defendit causam. ad situm palatii CAIPHAË quod attinet, cum RELANDO ad VILALPANDVM prouocat, et ex huius descriptione, qui in monte SIONIS illud esse refert, ad minimum probabile fieri putat, gallum extra moenia cantantem ibi audiri potuisse. strepitum in atrio huius palatii aliquem concedit, credit tamen sua interualla habuisse, nec semper aequae magnum fuisse et vehementem. id exinde colligit, quum alias nec CHRISTVS examinari, nec falsi testes potuerint audiri. galli ergo extra urbem cantantes in proaulio palatii facili negotio audiuntur. quibus, quaeso! difficultatibus non circumsepta est haec sententia, quam strenue ruetur BIELIUS. non sufficienter intellexisse videtur RELANDVM, qui hoc non vt veritatem defendit, sed vt hypothefin adsumit, de quo sit, vt disputetur. *dici posse*, inquit, gallum extra moenia cantasse, quem PETRVS audiuit. nondum argumentis omni exceptione maioribus probatum est, dictum palatium ad moenia urbis seu in SIONIS monte situm fuisse; et si etiam hoc concedam, gallos extra HIEROSOLYMA praesentes fuisse; si vero adfuerint, sonum editum ad aures PETRI venisse. omnia haec probatione indigent, quam tamen nec RELANDVS nec eius defensor BIELIUS, nec alii, quantum mihi notum est, suppeditarunt. bona fide adcipit haec omnia. nec iuuat BIELIUM. PETRVM in προαύλιω audiuisse galli cantum. prouocat enim ad MARC. XIV. 68. καὶ ἐξήλθεν ἐξω εἰς τὸ προαύλιον, καὶ αἰλέκωρ ἐφώνησε. in eodem enim quam maximus videtur strepitus adfuisse, quum variorum hominum multitudo ab omni urbis

^{r)} *biblioth. bremensi* CLASS. V, FASC. III. n. IV. p. 451. 144.

^{v)} *ibid.* CLASS. VI. FASC. VI. n. I. p. 1063. 144.

bis parte confluerat, quo spectaculi huius essent spectatores. nec strepitus hic impedire potuit, quominus testes audiri et examen institui possit. examen quoque CHRISTI satis tumultuarie et festinanter peractum fuisse, historia passionum CHRISTI testatur. quid vero opus est, ut strepitum siue clamorem tumultuarium nobis imaginemur. differemus potius huius adfertionis probationem, usque dum BELIVS vel alius probet, gallos extra moenia urbis adfuisse, vel pontificis aedes muris hierosolymitanis tam contiguas fuisse, ut cantum, quem galli extra urbem ediderunt, audire siue percipere possit PETRVS.

§. III.

HIS alteram RELANDI hypothesin iungo, quasi iste galus HIEROSOLYMAM delatus sit, ut lapidibus obruatur. *ipso*, inquit, IVDAEOS fateri, gallos aliquando HIEROSOLYMIS fuisse, quum lapidibus obrutum illum narrant, qui puerum necauerit. rem quidem hanc fuisse singularem, tamen quod tunc contigerit, alio quoque tempore ob diuersas causas contingere potuisse x). nescio tamen an omnia dubia euitet vir celeberrimus. casus de infanticida plane, ut ipse faretur, singularis est, nec iste gallus in CAIPHAE palatio dicitur adseruatus. qua ratione ergo a PETRO potuit audiri? in aedibus pontificis adesse debuit gallus, ad cuius cantum auditum hicce apostolus egerit poenitentiam.

§. V.

NON. EAMDEM cum RELANDO fortunam habuit *vener.* ALTMANNVS y), qui nouam plane nec antea auditam sententiam protulit. credit, vocem ἀλέκτωρ ambiguam esse et buccinatore interdem significare. optime igitur difficultatibus, quibus gallicinium inuolutum est, obuiam iri censet, si notio buccinatoris textui graeco inferatur. inuenisse sibi persuadet loca quaedam GRAECORVM scriptorum, quae ambiguam hanc

E 3

vo.

x) bibl. brem. CLASS. VI, p. 1061. (ε) y) *ibid.*, CLASS. V. p. 451.

vocem reddant. sunt poëtae, improprias vocum significationes amantes. nam a stylo poëtico ad historicum concludi licet? num dici potest: haec vel illa vox e. gr. apud ATHENAEVM hanc admittit significationem, ergo etiam in omnibus aliis locis scriptisque historice confectis? num ipsum virum celeberrimum fugere potuit, evangelistas planissimo vti stylo? perlustremus tamen loca, ex quibus id concludit! primus est ATHENAEVS z) ita canens:

Ἴων δ' ἐν Φοίνικι ἢ καινῆ, ἀλέκτορα τὸν αὐλὸν καλεῖ ἐν τούτοις,
 Ἐπὶ δ' αὐλὸς ἀλέκτωρ λυδίον ὕμνον ἀχαιῶν.
 Ἐν δὲ Φρουροῖς τὸν ἀλεκτρούονα ἰδαῖον εἴρηκε σύριγγα διὰ τούτων,
 Προθεῖ δὲ τοῖς σύριγγι ἰδαῖον ἀλέκτωρ.

ION in phoenice siue koneo tibiā gallum sic vocat, canebat vero buccina siue tibia lydium hymnum achiorum laudes continentem.

idem in custodibus, idaeam buccinam fistulam vocavit in his,

praecurrit vero fistula idaeus buccinator.

Quid ad nos, si in PHONICIA tibia nomine ἀλέκτωρ insigniatur ab IONE? quid inde fluit? ergo idem significatus et apud evangelistas valet? ex particulari nihil sequitur, quod nec ipsum ALTMANNVM fugere potest; alias omnia ad digitum demonstrare potuerim. caetera ab auctore producta loca forsitan clariora sunt. en! THEOGNIDIS a) locum, qui ita se habet:

Ἦμος ἀλεκτρούωνων Φθόγγος ἐχειρομένων.

quum buccinatorum clangore suscitaremur.

plenius hunc locum saepe laudatus BIELIUS b) exhibet hac ratione:

Ἔσπε.

z) DEI philosoph. LIB. IV. sub
 finem p. 184.
 a) v. 862.

b) biblioth. brem. CLASS. VI.
 p. 1065.

Ἐσπερὶν τ' ἔξειμι, καὶ ἄφθρην αἰθερῶς ἔσειμι

ἦμος ἀλεξίρουνων φθόγγος ἐγχερομένων.

serotinaque egredior, et summo mane rursus ingredior,
quam vox gallorum auditur expergescentium.

recte monet vir celeberrimus proprium significatum non modo nihil impedire, sed praeterea etiam suaderi, quod alias summum mane siue tempus, quod ante lucem et auroram labitur, a gallorum cantu describi solet. „quam in rem, inquit, non est, quod repetam loca viris summis BOCHARTO c) et RELANDO d) obseruata, qui etiam ἀλεξίρουνος in THEOGNIDIS loco de gallis interpretatur.„ non vterius progredior in refutanda ALTMANNI sententia, ablegatos potius lectores volo ad BIELIVM et *anonymum* e), qui ex instituto hac de re egerunt.

ΠΙΝΟΤΣΟΡ

S. VI.

MENS. ADHVC fuit hac occasione de legitimo vsu antiquitatum hebraicarum quaedam differendi. iusto longior vero forem ac limites differtationis academicae permittunt. differo potius eadem ad aliam occasionem, quam tempus et conditiones meae suppeditabunt. haec vero, qualiacunque sint,
L. B. commendata volo.

c) hieroz. TOM. II. LIB. I. CAP. XVII. p. 121.

e) biblioth. brem. CLASS. VI. FASC. VI. p. 1070. seqq.

d) oratione laudata p. 15. 16.



ERRATA.

p. III. lin. 14. *quem lege quam.*

p. XI. lin. 16. *CAMPEIVS lege CAMPEGIVS.*

ROSTOCHII,

LITTERIS RÖSIANIS.

LIBRARIUS TOM. H. LIB. I. 9. LIBRARIUS TOM. H. LIB. I. 9. LIBRARIUS TOM. H. LIB. I. 9.



ELENCHTICA.

Ἐσπερίῃ τ' ἔξειμι, καὶ ὄφθρη ἀνδρῶν ἔσειμι

Ἥμος ἀλεκτρούων φθόγγος ἐγχειρομένων.

ferotinaque egredior, et summo mane rursus in
quum vox gallorum auditur expergescentium.

recte monet vir celeberrimus proprium significatum
nihil impedire, sed praeterea etiam suaderi, quod alias
mane siue tempus, quod ante lucem et auroram labitur
rum cantu describi solet. „quam in rem, inquit, non
repetam loca viris summis BOCHARTO c) et RELANDI
seruata, qui etiam ἀλεκτρούων in THEOGNIDIS loco
interpretatur.„ non vterius progredior in refutanda
NI sententia, ablegatos potius lectores volo ad BIELIV
nytum e), qui ex instituto hac de re egerunt.

ΠΗΡΟΤΣΟΡ

§. VI.

MENS. ADHVC fuit hac occasione de legi
antiquitatum hebraicarum quaedam differendi. iusto
vero forem ac limites dissertationis academicae permitt
fero potius eadem ad aliam occasionem, quam temp
ditiones meae suppeditabunt. haec vero, qualiacunq
L. B. commendata volo.

c) hieroz. TOM. II. LIB. I.
CAP. XVII, p. 121.

e) biblioth. brem. C
FASC. VI. p. 1070. sec

d) oratione laudata p. 15. 16.

